

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Elemosina bg  
cum fonte primo

In faciendis elemosinis non est cuiusquam accipienda persona,  
nec habendum electionis iudicium  
quia res que necessitati seruit, erogacionis ordinem non requirit.

Vbi incumbit necessitas, non opus est ut personam discicias  
ne cum indignos misericordia segregas, Dei Filium pariter amittas.

Valerius episcopus in quodam sermone.

Quid est quod  
in faciendis eleemosynis non est cujusquam excipienda persona,  
nec habendum electionis judicium?  
Quia res quae necessitati servit, erogationis ordinem non requirit.  
Quid autem tibi est opus quaerere utrum Christianus an Judaeus,  
utrum haereticus an gentilis, utrum Romanus an barbarus,  
utrum liber an servus sit ille qui postulat?  
Ubi incumbit necessitas, non opus est ut personam discutias:  
ne cum indignos misericordia segregas, Dei Filium pariter amittas.

Valerianus Cemeliensis, *Homeliae*, 7.4 (PL 52, col.715B-C).